

6680 L. Fabio [L. f.] | Pup. Sev[e]r[o] | quaestor. | urbano, | [de]-  
 cu[r. et] plebs | T[ergesti]nor. (In latere intuenti dextro) . . . . .  
 . . . . . k. [N]ovembr. | [Quod] . . . . . spanius Lentulus et | . . . . . s Ne-  
 pos Ilv[i]r. iur. dic. v. f. | [L. Fabium S]everum clarissimum vi[-(5)[rum  
 m]ulta iam pridem in rem p. nos[tra]m beneficia contulisse, ut qui a  
 pri[m]a sua statim aetate id ege[r]it, uti in ad[iuva]nda patria sua et  
 dignitate et el[oc]uentia cres[ce]ret; nam ita multas et magnificas causas  
 publi[-(10)[c]as apu[t] optimum principem Antoninum Aug. Pium<sup>1</sup> | [a]d-  
 seruisse egisse vicisse sine ullo quidem aerari nos[tr]i impendio, ut  
 quamvis admodum adulescens senili[bus] tamen et perfectis operibus ac  
 factis patriam suam nos[que] insupe[r] sibi universos obstrinxerit; nunc  
 vero tam gr[-(15)andi] beneficio, tam salubri ingenio, ta[m] perpetua  
 ut[i]tate rem | p. n.<sup>2</sup> adfecisse, ut omnia praecedentia facta sua, quam-  
 quam im[m]ensa et eximia s[un]t, facile superari[t]; nam in hoc quoque  
 mira[bilem] esse c. v.<sup>3</sup> virtutem, quod cotidie in bene faciendo et in  
 pa[tr]ia sua tuenda ipse se vincat; et id[ci]r[co], [q]uamvis pro men-  
 su[-(20)ra] beneficiorum eius impares in referenda gratia simus, inte[r]im  
 tamen pro tempore vel facultate, ut adiuvet saepe factu[r]us, rem[un]e-  
 randam esse c. v.<sup>3</sup> benevolentiam, non ut illum pro[n]iorem habeamus,  
 aliud enim vir ita natus non potest facere, sed | ut nos iudicantibus  
 gratos praebeamus et dignos tali decore ta[-(25)lique] praesidio: q. f. p.,  
 d. e. r. i. c.<sup>4</sup>, primo censente Calpurnio Certo: |

Cum Fabius Severu[s v]r amplissimus adque clarissimus tanta pietate  
 tanta[que] adfectione rem p. n.<sup>2</sup> amplexus sit itaque pro minimis ma[xi]-  
 misque commodis eius excubet adque omnem praestantiam | [s]uam exerat,  
 ut manifestum sit id eum agere, ut non modo nobis, sed pro[-(30)ximis  
 quoque civitatibus declaratum velit esse se non ali quam | [pa]triae suae  
 natum et civilia studia, quae in eo quamvis admodum | iuvene iam sint  
 peracta adque perfe[c]ta, ac senatoriam dig[ni]tate[m] hac maxime ex  
 causa concupivisse, uti patriam suam ornata[m] tum ab omnib[us]  
 iniuriis tutam defensamque | (35) praestaret, interim aput iudices a Cae-  
 [sar]e datos, interim aput ip[su]m i[m]peratorem causis publicis patro[ci]-  
 nando, quas cum iusti[tia] divini principis tum su[a] eximia ac [pr]uden-  
 tissima oration. | s[em]p[er] nob[is] cum victoria firmiores r[em]isit; ex  
 proximo vero, || (II 1) ut manifestatur cael[es]tibus litteris Antoni Aug.  
 Pii, tam feliciter d[e]siderium pu[b]licum apud eum sit prosecutus imp-  
 petrando, uti Car[ni] Catalique attributi a divo Augusto rei publi[-(5)cae  
 nostrae<sup>5</sup>, prout qui meruissent vita atque cen[su], per aedilitatis gradum  
 in curiam nostram admittentur ac per hoc civitatem Romanam ap[er]-  
 cerentur<sup>6</sup>, et aerarium nostrum ditavit et curiam complev[it] | et universam  
 rem p. n. cum fomentis<sup>7</sup> ampliavit admittendo ad honorum com-  
 munionem et usurpationem | Romanae civitatis et optimum et locuple-